



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. Testimonium de pluribus personis Diuinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

GERARA oppidum, ubi Abraham & Iacob peregrinati sunt, in extremis finibus Palestinae ius meridiem, situm est, & duobus milliaribus dicas ab Hebron. Significat autem גְּרָא peregrinationem, Vnde etiam Germanos dictos esse quasi peregrinos, aliqui putant.

II.

DOMINE, NUM GEN
tem ignorantem interficies?

Execrandum est in Ecclesia paradoxum, quod affirmat omnia peccata paria esse. Nam Deus ipse discernit lapsus uoluntarios ab ijs, qui ignorantia probabili Sanctis interdum accidunt, VI Dicitur ipse hoc loco, Sanctum Regem Abimelech propter probabilem facti ignorantiam excusat. Et conponit Xenophontis dictum ὅπερα ἔγνοιας καὶ θρωνίου μαρτάνεσθαι ταῦτα ἀκόσια ἐγώ νομίζω, Hoc est peccata ignorantiae iudico inuoluntaria esse. Illud Thucydidis ξυγκωμορ τὸ ἀκόσιον.

III.

Testimonium de pluribus personis
Divinitatis illustre in hoc Capite extat. Nam illa nostra uerio habet (Postquam autem eduxit
Deus de domo patris mei) in Ebreo hec uerba
guntur הַהֵשׁ אֶת־אֱלֹהִים Hithen Othi Elohim.

Hoc est, Errare me fecerunt Dij, seu eduxerunt me
Dij. Nam & nomen (Dij) & uerbum (eduxerunt
seu fecerunt errare) sunt pluralis numeri. Cum au-
tem Dominus Deus noster unus sit Deus, sequitur
plures in una essentia diuina personas esse.

III.

P E C C A T U M N O N
remittitur, nisi ablatum re-
stituatur.

Verissima est Regula, Peccatum non remittitur,
nisi ablatum restituatur. Nam qui contra conscienc-
iam retinet uel furto ablatum, uel coniugem alteri
ereptam, is non abjicit propositam peccandi, nec ha-
bet ueram contritionem. Estq; h.ec restitutio ablati
uel satisfactio, opus à Deo mandatum & debitum,
& pars contritionis. Nec patrocinatur canonicis
satisfactionibus Monachorum, quas definierunt esse
opera indebita seu non mandata, quæ mereantur re-
missionem poenarum purgatorij, & aliarum tem-
poralium. Hic tota doctrina de Satisfactione repe-
natur.

V.

DE INTERCESSIO-
ne Sanctorum.

Non dubium est Santos & in hac uita & in
eterna